animi, boni mores in exilium pelluntur. voluptates imperant, virtus denique
opprimitur. Illa enim sola corporibus, pax animis pestem infert saepe etiam
corporibus. Itaque lorica multis felicior, quam toga, campusque securior
quam thalamus, tuba quam tibia, sol quam umbra. Fatendum quidem mihi est
Imperatorum optime si pax sine vitijs veniret, et coeleste munus et secun-
dum nulli bonum arbitrarer, sed raro et rarum sine vitijs comparatur.
At his dictis sepositis video tibi Imperator in mentem venire ingen-
tem illam calamitatem ante annos aliquos Germaniae illatam, et
qua tandem spe iam possit, germania dictis quasi armis rebusque pe-
cunijs exhausta dictis detis insuper multis millibus optimorum Ducum
militumque extinctis, Qui tandem fieri possit quo consilio, qua ra-
tione bellum instaurare prosequi atque conficere possit. Itane
his levibus terriculamentis ita moveri, ita terreri sines animum
tuum, alioquin magnanimo et excelso ornatum? Itane belli for-
tunae inexpertos germanos esse putas? Ut post tot victorias
suorum antecessorum nuperrime etiam clade apud Nordlingam
[illegible] aliquam saltem maculam atque dedecus non deleverint extinxe-
rint, illique qui toties victoriam obtinuere iam vincendos metuis?